Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



207

tus uentris 7
Sicut sagittę in manu potentis · ita filii excussorum 7
Beatus uir qui implebit desideriū suum ex ipsis · non confundentur cū loquentur inimicis suis in porta 7
CANT GRADUUM 7
Propheta · bona timentium dn̄m enumerans · eos benedicit · ut eterna gaudia consequantur 7
BEATI OMNES QUI timent dn̄m · qui ambulant in uiis eius 7
Labores manuum tuarū quia: manducabis · beatus es & bene tibi erit 7
Uxor tua sicut uitis abundans · in lateribus domus tuae 7

omnis homo · qui cum dō perenniter gaudebit 7

Hos ergo beatos dicit · cum eorum labor ad gloriosa uota peruenerit 7 porta ciuitatis hierusalem · xp̄s est 7 In ipsa enim loquitur · qui recta praedicat de dn̄o 7 Tali ergo loco pius praedicator · et infideles exire facit · et deuotos introire permittit 7

Labores manuum · remuneratio est bonorum operū 7 et ne istud pabulum carneum putares · addidit · beatus es 7 Nemo enī de carnali comestione beatus efficitur · nisi qui spirituali dono saginatur 7 Bene tibi erit · cum accesperis quod oculus non uidit · nec auris audiuit 7

Sagittę · sc̄i apostoli uel ceteri praedicatores 7 In manu potentis · id est in potestate dī transmissi ad praedicandum 7 Idem et filii excussorū · in loco scilicet prophetarum succedentes · et eorum prophetiam interpretando et explanando · discutientes 7

Quam sit magnificus nonus gradus · ipse numerus declarat · qui trina extentus triplicatione · sc̄m nobis trinitatis culmen ostendit 7

Dicendo enim · beati omnes qui timent dn̄m · Ostendit non esse beatos · qui huius mundi pericula · in ammissione temporalium rerum sollicita mente formidant 7 Cum uias pluraliter dicit · apostolos et prophetas sig̃t · per quos uenitur ad unam uiam · id est xp̄m 7

Uxor dicta est · quasi soror 7 qua propter uxorem · hic sapientiam debemus aduerti 7 Uitis uero · mater est uuarum · quae dulcia uina pfundens · corda nr̄a recreat 7 Sic et sa